

Pierij Val Tippula.

tur, qui eas ex arbitrio tollunt, scindunt, abrogant, & refigunt. At non ita Antiochus tertius, qui ciuitatibus sibi subditis scripserat, vt si quid vnquam per literas mandasset quod legibus aduersaretur, ne curarent, tanquam illud esset se nesciente scriptum. D

DIALECTICA.

PER Araneas Ariston Chius Dialecticorum sermones intelligebat, quæ quidem artificiose admodum elaboratæ essent, nulli verò inseruirent vsui. Eãdem idem disciplinam cœno in vijs iacenti assimilabat, nulli quippe vtilitati esse, ingredientibus autem & impedimento & molestia. Idem eos qui disciplinæ huic operam curiosius darent, ijs, qui caneros largè vescerentur similes esse dicitabat, exigui enim cibi causa circa magnum testarum cumulum occupari. Dialecticam verò omnem Zeno Philosophus iustis quidem mensuris comparabat, quibus tamen eius artis periti non triticum aut vtile quidpiam metirentur, sed paleas, aut quisquilias alias id genus.

DE TIPPULA



Erùm ecce tibi Tippulã, mihi nihil tale cogitãti, neq; sentienti, ex improviso huc irrupisse: quare quid ea quoq; sibi velit, videamus, etiãsi nihil ab Ægyptijs, quod meminerim, super ea traditum habeatur. E

LEVITAS.

SVnt qui summam leuitatem, vtputa quam Maro de Camilla canit, per Tippulam aptè significari posse dicant. Bestiolæ quippe genus id sex pedibus præditum, sed tantæ leuitatis, vt super aquam currens non desideat. Hinc Plautus: Neq; Tippula leuius est pondus, quàm fides lenonia.

PIERIVS VALERIANVS AD NOBILISS.

MAXIME QVE REVERENDVM IOANNEM GRIMANVM Patriarcham aquilegiensem, de ijs quæ per Delphinum & Polypum significantur, ex sacris Ægyptiorum literis.



HUstricis diebus, qui proximè præterierunt, cum Pientissime Præsul purificationis ego puluinaris septem te secuti inuisissemus, essentq; vna tecum eruditissimi viri Angelus Colotius, Baptista Casalius, Pimpinelus, Antonius Marosticanus, & Petrus Alexander, quibus candidius nil terra tulit, quorum commendatione tuam ego amicitiam recens indeptus eram, multaq; inter equitadum de ambitiosissimo monumentorũ studio, quod venteribus illis adeo placuisset, vltro citroque dicerentur: suggerebat enim argumentum tot disiectorum partim edificiorum moles tam immanes, quæ tota gestatione nostra occurrebãt: magnamque dicendi materiã summimistrabat arcana illa pingendi calãdique ratio, quæ apud eos fuisset, qui mutam quandã orationem per rerum imagines mente cõcipiendã, nõ villo vocis sono, literam ve cõplexu enunciandã excogitassent, aut orib. dubio procul Ægypti sacerdotib. quos vniuersæ mox nationes, vbi vlla rerũ disciplina vigeat, tacito cõsensu cunctis in operib. imitari studuisset. Sub hoc sermone Quirinale præteruecti, ad Altiã semitã latus deflexeramus, in hortos tuos, vbi antiquissimi operis tẽplum olim fuit, in quo ruinas obruto signa etiamnum pleraq; vetustissima sub ruderibus subterranei eius tẽpli repta à vobis fuerãt, ad quæ spectãda magna ingenuorum multitudo cõstuebat, inter ea F

autem